



Universitätsbibliothek Paderborn

Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...

Libris Qvatvor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conuersione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1670

85. Pueri ad Christum fortis conuersio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10757

mini , ad posteriorum documentum Christiani vulgarint , omni virtutis Heroicæ præstantia confertam ; expletis demum annis tribus euocatus est ad magnum illud & ineffabile aperte videndum fruendūmque bonum , quod illi obscurius inscripto parieti promisso Deus monstrauebat . Fortunatissimo iuueni potest geminus aut secundus videri , annorum quindecim sanctus puer , cui ultra metas periculi ultimi , annos Deus produxit , ob vitam magnis virtutibus insignem . Parente vtroque maximè inuitis Christianus effectus , Melchioris nomine cum precatoria de collo corona , nō est veritus se illis sistere . Furere illi ad inexpectatum pueri facinus , indignari , fœnire , nullam eius vexandi occasionem præterire , contra ille crescentem in dios eorum barbariem , patientia minimè puerili , in argumentum meriti vertere ; morem illis ubique fas erat gerere , duplo quām ethnicus obedientiūs & celeriūs parere , maximè vero at dentibus opud Deum votis contendere ut cæcorum patentum oculos aperiret verae , & sempiternæ luci . Vicit ferendo & orando puer , vidit ambos denique Christianos , haud sua quidem , quod ipsi aiebant , importuna suâsione persuasos , sed exemplo virtutis , & vita totius integerissimo candore . Igitur aliquando vt confueuerat ad piseatum egrelius in fluvio qui domum eius præterlabeatur , dum cimbæ ex margine , retè pronior mittit , præcepis in amnem prolapsus mergitur , hora ante solis occasum altera . Ingruente iam nocte , cunctantis filij suspectam mater habens absensiā in ripam euolat , cimbam oculis & filium quærens , retè solū aduertit fluvio innatare , nec iam casus funesti dubia in eiulatum erumpit , & lamenta , obitque cursu ripam , si quod fortè illius vestigium cerneret ; nec multum processerat , cùm videt puerum haud procul à terra in aquis sedentem , immobilem , demissò in sinum capite similem dormienti ; in clamat incerta , num viueret , expergefactus nota voce , admirans circumspicit , & quis , ait , me fundo aluei quo præcepis ruerain edaxit ? nec de loco ubi constiterat , vel horarum trium quem dormierat somno quicquam præterea referre potuit . Quidam eius virtuti , miraculum assignarunt ; alij sacratæ quam gestabat ad pectus agni ceræ . Annū claudio discellū P. Ioannis Rocca quem cœlo-maturum fecerat annorum labor trium & viginti quos in Sinis colendis sudauerat . Luit eum cum omni familia , veste mutata Doctor Paulus , tanquam alterum patrem à quo erat in Deo per Christi lauacrum genitus . Sed faustissimum Christianis principium iniit annus sequens , voluentis anni quartus supravigesimum , morte feliciter infelicissima , sanguinarij tyranni Scin , eorum carnificis , regni olim Colai hoc est in publica re administranda post Regem primi . Contigit Aprilis vnde uicesimo ; vulgatam , ex templo ubique plurimi ex omni ordine venere nobis gratulatum ; multi ex animo , quidam ad speciem , quæ primas ferè partes agit in urbanitatibus Sinarum ; excepti omnes vultu tristi , & miseratione detestabilis animæ , post temporiam hanc mortem ,

85.
Pueri ad
Christum
fortis con-
uersio.

86.
Tyranni
Scin obitus,
& Patrum in
eo modestia.

iii